



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 32. Scriptorum A catholicorum decessus & lucubrationes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Sæc. XVIII.
A. C. 1709.

§. XXXII.

*Scriptorum A catholicorum decessus ac
lucubrationes.*

Ex Scriptoribus A catholicis eodem anno defunctis celebrantur I. Christophorus Schrader, qui edidit dissertationem de styli Ethnicismo circa jurandi adverbia, de SS. Trinitate, de creatione, & de Interpretatione Scripturæ contra Wagnereccium Jesuitam. II. Godefridus Wagnerus scripsit Calendarium Romanum vetus, observationes ad versionem Bibliorum Germ. Lutheri, epitome Bibliorum, theologiam apodicticam, præcognita Theologiæ, Isagogen ad Theologiam & alia. III. Martinus Hancke elucubravît antiquitates de Silesiorum nominibus, exercitationes de Silesiorum rebus, de Silesiis eruditis, de Romanarum rerum & Byzantinarum Scriptoribus, necnon Vratislavienses eruditionis Propagatores. IV. Simon Wolffarth prælo subjecit dissertationes de Jure Talionis, de Idea boni, & de potestate Sacerdotali in Ecclesia. V. Ericus Brenzelius edidit librum de Vitis Patriarcharum, plurimæque alia ad Historiam Ecclesiasticam spectantia. VI. Gabriel Grodeck elucubravît observationes ex

Sæc. XVIII. Hist. literaria, de Judæorum præputio,
 A. C. 1710. de Philosophia revelationis Divinæ In-
 dice, de potestate Protestantium circa
 Matrimonia, de adulterio &c. VII.
 Bertholdus Botfaccus publici juris fecit
 Medullam Theologiæ moralis, vindic-
 cias Feuerbornianas de reali Corporis
 & Sanguinis Christi præsentia, commo-
 nitorium de fugiendo Papismo præter
 alia.

§. XXXIII.

*Inhumane vexationes contra Turno-
 nium Cardinalem, eique adhæ-
 rentes.*

*Relat. mort.
 Card. Turni.
 pag. 12.
 Relat. Ab-
 régé de la
 Persec.
 pag. 352.*

Levia videbantur certaminis præludia,
 quæ Cardinalis Turnonius ob fidei
 integritatem, atque obedientiam Sedis
 Apostolicæ immote præstitam a Ri-
 tuum prohibitorum Patronis hucusque
 sustinere cogebatur; hoc autem præ-
 sentis sæculi anno decimo, postquam
 ejus inimici sex Missionarios unacum
 Bireto Cardinalitio Macaoum appulisse,
 eumque ad tantam dignitatem evectum
 viderant, se præventos esse indignati
 crudelius in eum desævire decreverunt.
 Sane omnia diaboli tormenta provocare
 videbantur, ut innumeris insultibus,
 probris, calumniis, calamitatibusque
 confectum perderent: Præprimis igitur
 Cardi-